



## **Forum Ecclesiasticum**

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

**Leuren, Peter**

**Moguntiae, 1720**

Quæst. 239. An & qualis impotentia coeundi perpetua dirimat Matrimonium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73973](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73973)

*Quæst. 239. An & qualis impotentia cocundi perpetua dirimat matrimonium.*

**R**Esp. Impotentia perpetua & absoluta habendi veram & perfectam copulam, qualis, ut dictum, in viro est impotentia penetrandi vas femineum, ibidemque effundendi semen de se aptum generationi, in femina impotentia admittendi & recipiendi semen illud, si præcedat, est impedimentum dirimens matrimonium contrahendum; non vero superveniens illud jam contractum dirimit, constat ex *c. fraternitatis, h. t.* & est sententia communis. Idque jure naturæ, siquidem de essentia matrimonii est, ut conjuges fieri possint una caro; hoc autem fieri nequit, dum absolute & perpetuo inepti sunt ad talem copulam. Item de intrinseca ratione matrimonii est obligatio & traditio corporum ad usum seu copulam conjugalem; ad eam autem se obligare nequit, qui absolute ac perpetuo est impotens eam exercere; cum impossibile nulla sit obligatio, *Reg. 185. ff. de Reg. jur. & nemo tradere possit potestatem rei, quam nullo modo habet. reg. jur. 80. in 6.* unde jam si potens etiam scienter contraxit cum perpetuo impotente, ac dein contrahat cum alia potente, tenet hoc secundum matrimonium; quia prius matrimonium ipso jure nullum erat; etsi obligationem habebat *vi c. consultationi, h. t. ad cohabitandum priori tanquam forori; quin & habeat & retineat, etiam hoc secundo matrimonio stante, obligationem præstandi priori impotenti alimenta, si cum ea conscienter impotentia contraxit. Pirh. h. t. n. 9. citatis Abb. in cit. c. consultationi, n. 2. Alex. n. 2. § 3. ex his*

Infertur primò: Quod si vir vas femineum penetrare nequit, tamen si in ejus introitu semen verum effundat, laborat impedimento impotentia dirimente; cum ea feminatio per se non sufficiat, ut fiat una caro, tamen si aliquando per accidens virtute naturali matricis pars aliqua seminis attrahatur & intromittatur. Idem est, & ob eandem rationem nequit se obligare ad copulam, si penetrare quidem potest vas femineum, non tamen effundere semen.

Infertur secundò: Spadones seu eunuchos carentes utroque testiculo sive à natura, sive per castrationem, quia esto, vas femineum penetrare possint, non possunt tamen emittere semen verum per se aptum generationi; ut docent Sanch. *l. 7. d. 92. à num. 7. & plurimi apud illum, Gutt. c. 112. num. 7. Laym. l. c. num. 1. Castrop. l. c. Pirh. num. 3.* quin nec satisfacere fini secundario matrimonii, qui est remedium concupiscentia; cum remedium sit finis matrimonii habitum non per quamcunque copulam, sed per copulam suapte naturam aptam ad generationem. Pirh. jure naturæ incapaces sunt contrahere matrimonium, prout propria Bulla de super edita definivit Sixtus v. anno 1587.

Infertur tertio: Steriles validè ac licitè posse contrahere matrimonium. Sanch. *l. c. à num. 24. Gutt. num. 16. Castrop. num. 3. Pirh. num. 4. cum D. Thom. in 4. d. 34. q. unic. a. 2. & communi ac certa, usu & praxi Ecclesie approbata, contra Jason, consil. 115. n. 1. vol. 1. Felin. in c. cum sit. de foro compet. num. 15. siquidem steriles habere possunt copulam veram, verum semen effundendo, adeoque obtinere finem*

secundarium matrimonii, nempe remedium concupiscentia; per veram copulam, Sanch. *l. c. n. 26.* quod autem ex eo generatio evenire nequeat, non est feminis natura, quæ est ejusdem rationis cum feminibus aliorum inferentibus generationem, sed ex speciali qualitate & temperamento subiecti, quod verò matrimonii finis primarius, qui est generatio prolis, frustretur, est per accidens; quod autem per accidens contingit, non est spectandum, sed quod per se ex illa copula evenire potest.

Infertur quartò: Senes decrepitos, dum natura vel arte medica ad veram copulam excitari possunt, etsi forte semen ab eis profusum per accidens sit infandum, contrahere posse matrimonia, cum D. Thom. *l. c. a. 2. ad 3. & communi, docent Covar. in 4. decret. 2. p. c. 8. §. 2. n. 10. Mantic. de conjest. ult. vol. L. 11. tit. 13. Sanch. l. c. à n. 19. Gutt. n. 13. Castrop. n. 4. Pirh. n. 4. juxta usum Ecclesie nullo senes à conjugio rejections contra Portium in pr. inst. de nupt. col. 4. cujus sententiam probabilem censet Henric. l. 12. de mat. c. 7. n. 3. in comment. lib. X. Et in specie de feminis certissimum esse eas ob senium non esse censendas impotentes ad matrimonium; cum earum frigiditas non impediatur feminis virilis receptionem, asserunt Sylv. v. matrimonium. 8. q. 16. dicto 4. Sanch. n. 22. Gutt. num. 14. Castrop. l. c. Cuchus. l. 3. inst. maj. tit. 12. n. 262.*

*Quæst. 240. An igitur etiam senes omnino exhausti, qui iudicio medicorum & arte juvari non possunt ad copulam, habendi sint pro impotentibus, adeoque validè contrahere nequeant matrimonium.*

**R**Esp. Affirmativè, eò quod illis copula absolute sit impossibilis, adeoque se ad illam obligare non possunt, quæ obligatio est de essentia matrimonii; perinde autem sit, an impotentia ex natura, an ex accidente proveniat, dum ex queunque capite proveniat, reddit subiectum impotens obligari ad copulam, adeoque & ad matrimonium; ita tenent Abb. *h. t. n. 5. Anchor. n. 1. Host. in sum. h. t. in fine. Alex. n. 4. Cuch. n. 257. Sanch. n. 23. Gutt. n. 15. Castrop. n. 5. Laym. cit. c. 11. in fine citans plures alios contra Nav. l. 4. consil. tit. de Sponsal. consil. 39. num. 15. § 18. Rodrig. in sum. Tom. 1. c. 235. concl. 5. n. 5. Butt. in c. 2. h. t. n. 5. & alios plures apud Castrop. censentes illos adhuc capaces matrimonii; quia saltem habitu retinent potentiam seminandi intra vas, de cæterò observandum, quod ex Sanch. notat Laym. l. c. marito ob senium simpliciter ac perpetuo impotenti seminare intra vas licet liceant tactus & oscula citra periculum pollutionis, non tamen liceat copula cum dicto periculo, si verò sit spes adhuc aliqua (etsi rarissimè contingat) seminandi intra vas, licere conjugibus copulam etiam cum periculo pollutionis,*

*Quæst. 241. An infirmus, cujus salus jam desperata, censendus impotens contrahere matrimonium.*

**R**Esp. Negativè Covar. *l. c. num. 10. Sanch. l. 7. d. 105. n. 3. Ponc. l. 7. c. 65. n. 7. Gutt. c. 11. n. 1. Laym. num. 6. Castrop. n. 6. Pirh. n. 6. cum communi usu & consuetudine Ecclesie approbata, siquidem moribundus, etsi eo tempore nulla arte juvari possit ad habendam copulam, utpote vi morbi*